

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput IV. Innocent. III. Gallando Subdiacono nostro, & B. Vitali, Canonicis
(a) Pisanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

rium, ex quo Sanctorum PP. sermones legendi sumebantur; & denique Homiliarum, ex quo alicuius sancti Patris super lectum Evangelium expositio accipiebatur. Postquam vero lectiones omnes, tam quae ex sacris scripturis, quam quae ex sanctorum PP. libris & homiliis sumuntur, ad certum numerum, ac brevitatem quandam Ecclesiae decretis redactae fuerunt, & in unicum librum omnes conjectae, praeiecti libri breviaria dici coepерunt: notarunt Cironius libro 2. obseru capite 12. Gretherus ad Codicem lib. 1. cap. 6. Juretus ad Symmachum lib. 6. epistol. 25. Vossius de vitiis sermon. lib. 1. cap. 32. An vero in praesenti breviarium pro summario rationum Ecclesiae, an vero pro libro precum & horarum Ecclesiae sumatur, exigitandum reliquit lectori Cironius ubi supra; credo tamen pro breviario divini officii accipi: tum quia conjungitur cum calice; tum quia pro ratione sua decisionis Alexander eam assignat, ne Ecclesiae res, praeferunt que sacris mysteriis deputata sunt, perant. Quae verba comprehendunt tam calicem, quam breviarium horarum canonicarum; & ita breviarium in praesenti accipitur, quod temporibus Alexandri, & pluribus postea annis, antequam libri typis mandarentur, magno in

pretio erat: unde in Ecclesiis tantum majoribus ferè unum breviarium erat, & adhuc in Ecclesiis porantibus extat locus ubi breviarium fixum erat, ut ibi clerici ipsius Ecclesiæ horas canonicas recirent: & quia breviarium hoc duabus partibus, hiemali videlicet, & vernali constabat, Presbyter, de quo in praesenti, unam, quam dimidiam partem breviarii appellat Alexander, pignori dedit.

(d) *Filium.*] Ante sacerdotium videlicet genitum, & ita legitimum, ut in cap. 1. de refam. Si autem filius illegitimus esset, ut ex damnabilis coitu suscepimus, patri non succedebat, ut probat Pichardus in principiis Institut. de hereditatibus, que ab intestato §. 7. ex num. 10.

(e) *Obrinere.*] Etiamsi adhuc illis non se immiscuerit, sed se abstinerit; nam interim recte conveniri poterat. l. 2. §. ult. ff. de stipul. servor. Quo modo accipit textum hunc Arias à Mela libro 3. var. capite 1. numero 30. In praesenti autem casu Ecclesia etiam poterat avocare res ipsas tanquam impignorables, ex l. sanctius 21. de sacrof. Eccles. novella 7. cap. 6. novella 120. cap. ult. ex quibus deductus est textus in cap. hoc ius, §. qui vero 10. quest. 2. ut latius dicemus in cap. 2. de foliis.

C A P U T IV.

Innocent. III. Gallando Subdiacono nostro, & B. Vitali,
Canonicis (a) Pisanis.

Illi vos credimus scientia dono vigere, quod super eo, de quo nos confulete voluistis, quid juris sit, liquidò cognoscatis. Quia tamen nostro postulastris edoceri responso, ne sub ipsius expectatione responsi decisio negotii prorogetur, praetertim vobis litteris duximus respondendum. Sanè per vestras nobis litteras intimatis, quod cum causa, quae vertitur inter H. & B. filios G. de Cosa: & G. filiam Teberti, & haeredes ipsius super quibusdam vineis praefatis personis pro xxv t. libris pignori obligatis, vobis duximus committendam, dantes vobis per nostras litteras in mandatis, ut ipsam G. & haeredes ipsius ad restituendas vineas, & quicquid ultra(b) sortem percepérant, eisdem restituerent conquerentibus, per pcam in (c) Later. Concil. contra usurarios promulgatam cogere curaretis: vos, ut juxta mandatum nostrum procederetis in negotio memorato, partes citare curauis; cumque in vestra essent praesentia constituta, ex parte praedictæ G. & haeredum ipsius fuit propositum coram vobis, terras, & vineas, quas iidem H. & B. repetebant ab eis, non esse pignori obligatas, sed purè venditas, sicut in instrumento confecto exinde plenius continetur: praefatus vero H. pro se, ac fratre (d) suo firmiter assertebat, terras non esse purè venditas, sed pignore obligatas, cum venditioni praedictæ talis fuerit adjecta conditio, ut si à tempore contractus usque ad duos proximos annos praefato T. emptio displaceat, G. pater H. abinde usque ad annum xxvi. libras, perceptis fructibus computatis in ipsis, dare debuerit, sicut in eodem instrumento assertebat firmiter contineri. Verum quia sicut in eisdem litteris continetur, ambigit, utrum pura sit, & absoluta venditio, an praefatus contractus pignus debeat judicari, per nostras postulastris litteras edoceri. Nos autem consultationi vestrae taliter respondemus; quod qualisunque fuerit intentio contrahentium, ex forma contractus venditio non appetat conditionalis, sed pura; quamvis possit per conditionem resolvi. Ex duobus tamen, quae in pacto fuerunt expressa, videlicet quod fructus percepti debent in solvenda pecunia numerari, & quod ultra summam receptam xi. solidi debent persolvi, contra ipsum emptorem presumitur vehementer, praetertim cum usuras consueverit exercere.

NOTÆ.

Tit. XXI. de Pignoribus.

365

N O T A E.

(a) *Pisanis.*] Ita etiam legitur in tertia collectio-
ne, sub hoc tit. cap. 1. De Pisana Ecclesia egi in
capite 8. de temporibus ordinis, quia agebatur de
contractu usurario in praesenti; ideo presen-
tis causa cogitatio judicibus ecclesiasticis com-
missa fuit.

(b) *Ultra sortem.*] Iuxta dicenda infra in cap.
ciam contra.

(c) *Leteran.*] Relato in cap. 1. de usuris.

(d) *Fratre suo.*] An frater pro fratre absque eius
mandato posse in iudicio comparere, exposui in
cap. *confutus*, de in integrum refut.

C O M M E N T A R I U M.

E mptio, & venditio, sicut cæteri contractus, varia pæcta, tam in continent, quam ex inter-
vallo admittit, l. 1. C. de pæctis inter empor-
ubi post Cujacium, & Donellum plura congel-
lit Christophorus Philippus Richter. Suni autem præter alia pæcta, que huic contractui in
continenti adjici solent, pæctum additionis in
diem, pæctum legis commissoriae, pæctum re-
dimendi, seu de retrovendendo. Pæcto addic-
tio-
nis in diem vendorum sibi prospicit de alia melio-
ri conditione per licitationem, ita ut allatâ me-
liori conditione, res sit inempta; & tunc venditio
est conditionalis, perficienda, & purificanda si me-
lior conditio non afferatur, l. 2. l. ubi 4. l. pen. ff.
de in diem addit. hujus pæcti naturam, & legem
exponunt Donellus lib. 16. comment. capite 18.
Catel. Cotta verbo Addico, Hermosilla in l. 36.
tit. 5. part. 5. Mocz obser. jur. cap. 8. Manlius de
emps. & vendit. tit. 6. ex num. 6. Valentia tom. 3.
tratt. 1. cap. 2. Gibalinus tom. 2. de negot. lib. 4.
artic. 2. cap. 5. & circa illud observandi sunt
textus in l. statuliber 38. ff. ad leg. Falcid. l. in diem
9. ff. de aqua & aqua plus. l. 2. § 3 & 4. ff. pro emp-
re. l. signis hoc 41. ff. de rei vindic. l. 2. § 3. ff. res scire 3. ff.
quibus modis pignus, l. si mandavero 22. §. penult.
ff. mandati, l. 9. §. final. ff. de except. rei judic. l. is
qui in pæctum, §. 10. ff. quod vi aut clam, l. bo-
ven 43. §. pignus, ff. de adit. edit. l. 6. ff. de
diver. & tempor. l. 6. ff. de contrah. empion. l. 13.
§. 2. ff. de act. empti, l. si hominem 19. ff. de u-
cap. l. 11. ff. de pignor. l. inficiando 67. §. cum
servi, ff. de furt. l. 11. §. Ariso, ff. quod vi aut
clam, l. Amilicus 38. ff. de minor. l. si in emptio-
nem 35. ff. cod. juncto Fabro decad. 21. cum se-
quent. l. final. ff. de jure fisc. l. 4. C. de fide &
iure hæfco. l. statuliber 38. §. ultim. de statulib. Pa-
ctum, seu lex commissoria est conventio adje-
cta emptioni, & venditioni, quia id agitur, ut si
in diem statutum emptor pretium non solverit:
& vendor rem vendere nolit, res inempta sit,
nec alienata censeatur, l. 1. 2. 4. & 7. ff. de lige-
commiss. l. final. ff. de rescindend. vendit. l. 4. C.
de pæct. inter emps. & tunc potius sub condi-
tione resolvitur contractus, quam sub condi-
tione celebrari videatur, dict. l. 1. Quando vero
committatur hæc lex, sive pæctum, & ejus na-
turam, exponunt Donellus lib. 16. comment.
capite 19. Hermosilla in l. 38. titul. 5. partit. 5.
Faber decad. 45. errore 8. Cujacius ad titulum
C. de pæct. inter. D. Josephus Vela. dict. 97.
Carvalho in cap. Raynatus, 2. p. numero 228.
Richter, in dict. l. 4. C. de pæctis. Manlius de em-
ps. D.D. Gonzalez, in Decretal. Tom. III. Pars. I.

prion. tit. 33. Gibalinus de negot. tom. 2. lib. 4.
cap. 5. artic. 1. Circa pæctum hoc observandi
sunt textus in l. 1. C. de pæct. pignor. l. final. ff. de
contrah. empion. l. final. ff. de rescind. l. 22. ff.
locati, l. trajectitiae 23. ff. de oblig. & action. l. si
fundis 16. §. ultim. ff. de pignor. l. si creditor 7.
§. illud, de distract. pignorib. l. Amilicus 38. ff.
de minor. l. item si pretio 22. ff. locati, juncto
Roberto lib. 1. animadu. cap. 11. l. 3. C. de pæct.
inter. l. 17. §. cum autem, ff. de furtis. l. 6. §. 1.
ff. de divers. & tempor. l. 17. §. penult. de furtis,
l. statuliber 38. ad leg. Falcid. l. si quis 11. §. pen-
ult. ff. quod vi aut clam, l. 23. §. final. ff. de adit.
edit. l. si in rem, ff. de rei vindic. l. si hominem,
19. ff. de usucap. l. 9. §. final. ff. de except. rei judic.
l. sed si hac 4. ff. de rei vindic. l. sed si 25 ff. de peti-
heredit. l. is qui 11. §. penult. ff. quod vi aut clam,
l. 3. quibus modis pignus, l. 2. §. in diem, ff. pro
emps. juncto Fabro de erroribus pragmatic. de-
cad. 25. error. 6. De pæcto hoc legis commis-
soria in pignoribus adjecto fuisse agemus in-
fra in cap. significante, hoc titulo, de pignoribus.
Pæctum revendendi, seu ut Pragmatici ajunt, de
retrovendendo, seu retrovenditio, ut dicitur in
l. 2. & 7. C. de pæctis inter; quodque fiduciariam
venditionem veteres vocabant, contrahitur cum
inter partes convenit, ut oblato pretio intra cer-
tum tempus, vel quandocunque, res restituatur
vendenti, dict. l. 2. & 7. Pæctum hoc a pæcto le-
gis commissoria in duabus portisnum differt.
Primo, quia in commissoria legis conventione
pretii solutio sub resolutionis contractus pena
in diem differt, l. 2. ff. de lege commis. at vero
in pæcto revendendi, non pretii solutio, que
jam ab initio facta supponitur; sed ipsa tantum
venditionis rescissio confertur in diem, quo vel
emptori res vendita displiceret, vel per vendi-
torem pretium fuerit emptori oblatum, l. qui
fundum 40. ff. de contrah. emp. l. si convenient 6. ff.
de rescind. l. si steriles 21. alias 22. §. sed et si, ff. de
act. empti, l. si vir usorii 12. ff. de prescript. verbis,
l. quod si nolit 31. §. si quid ita, ff. de adit. edit.
docet Caldas Pereyra de emps. & vendit. cap. 18.
num. 20. Secundò quia pæctum legis commissoria
juxta vulgarem ejus formam verbis tantum dire-
ctis concipiatur, veluti ut res sit inempta, vel si
milibus, ut probat Vela dict. 30. num. 51. At
vero pæctum retrovenditionis verbis tantum
obliquis præcipue, puta ut res vendita per em-
ptorem reddi debeat, aut per venditorem repe-
titi possit, d. l. qui fundum, d. l. si convenient. Vela ubi
proxime, n. 57. unde deducitur, dominium ex hu-
jusmodi pæcto ita concepto in emptorem inter-
im omnino esse translatum, nec ipso jure, sed
novo facto, adveniente pæcti conditione resol-
vendum, & ad venditorem reversurum, ita ut fru-
ctus perceptos ante pretium sibi oblatum suos
faciat, ex presenti textu, & d. l. 2. C. de pæctis: per
argumentum à contrario sensu docent Covat,
lib. 3. var. cap. 8. n. 6. Morla in emps. tit. 9. q. 15.
idque indistinctè, id est five pæctum id in faculta-
te venditoris sit positum, in quo omnes conve-
niunt, verum est, sive in emptoris voluntatem
conceptum sit, ut contra communem, quam re-
fert Corralius lib. 3. miscel. c. 9. n. 5. docent Castil-
lo tom. 2. controv. c. 25. num. 6. Vela dict. 32. n. 6.
Quatenus tamen pæctum hoc per se licitum, ex ad-
junctis circumstantiis reddatur usurarium, pro ex-
plicatione hujus textus exposui in cap. ad nostram,
de emps. & vendit.

H h CAP: